



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Poggii Florentini Oratoris || Clarissimi, Ac Sedis Apo.||
Secretarii Opervm ||**

Poggio Bracciolini, Gian Francesco

Argentinae, 1513

VD16 ZV 12623

Suffreto Rhodiano rogatiua pro signis antiquitatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14341

LIBER EPISTOLARVM POGGII

Poggiius florentinus Francisco Marefcalco S.D.P.

Excusato-
ria de scribē-
di tarditate

Cum pluribus in rebus factus sim negligentior ac tardior q̄ solebam: tum ve-
ro maxime in scribendi cura. Eius rei culpam primū tribuo aetati: quae natura ipsa
reddit homines remissiores. Deinde occupationibz quae maiori ex parte veritate
in scripturis: ut me te dūm persape & fatietas scribendi capiat. Tum autem inco-
suo & optimo iure nō nihil subripit tempis: neq; me inuito. Id em̄ & honestum ve-
luti curā dixeritorum/ & omnium amoenissimū. Adest etiam rei domestice sollicitu-
tudo: quae & ipsa vendicat sibi suram & praecipuam portionem. Quorsum haec
tam multa inquires. Ut non mireris si non respondeo omnibus ep̄is tuis: quibus
tamē vel paucis verbis responderem/ si quid esset qd̄ magnope responione potui-
saret. Sed sunt ea quae vel me tacente tibi possint satisfacere. Nam abs te me ama-
ri: neq; pbritatem tuam sume diligere/ iam & cognita. & tria inter nos sunt: ut ea
repetere superfluum videatur/ tua tamen obseruantia & diligentia in conferuanda
amicitia est mihi gratissima. Ep̄stolas ad Nycholaū quando cōmoditas se offert/
ad me remittas velim. praeter eas nullas adhuc habere potui. Addam illis oratum
culam funebrem/ in testimoniū amoris erga se mei: & si qua alia postmodū in ma-
nus inciderint. permulta enim illis adijciuntur. Orationem quam scripsi in suocere
Cardinalis Florentini/ cura per aliquem ex tuis hic scribi. Vel expecta quoad nos
Ferrariam veniamus: tunc rebus meis utere ut tuis. Vale. & Quasparem nostrū
meis verbis saluta.

Poggiius florentinus Suffreto Rhodi cōmoranti S.D.P.

*apud hunc virum
publizer*

Rogatiua
ad ignotū
pro signis
antiquitatis.

Vir insignis/ existimo te fortassis miraturū: me hoīem ignotum tibi/ longoa-
te terrarū tractu disunctū audere te aliqd̄ rogare: ac si tibi magna cōsuetudine cō-
iunctus essem. Sed cum videam te eisdem rebus delectari q̄s ego summo studio
perquiro: scio te mihi veniā daturū/ si diligentia tuam fuero imitatus: ut q̄ tu omni
cura inuestigas/ mihi quoq; sume sentias placere. Dedi olim in mandatis egregio
viro fratri Francisco Pistoniē. magro in theologia/ ad ptes Graeciae proficere:
ut diligent inquireret/ si qd̄ signorū repire posset/ quae ad me deferret. Delector em̄
admodū picturis & sculpturis in memoria praefectorū excellentiū viroꝝ: quorū inge-
nium atq; artem admirari cogor: cum rem mutam atq; inanem veluti spirante a-
loquente reddunt. In q̄bus persape etiā passiones animi ita resp̄tant: ut qd̄ neq;
lectari/ neq; dolere pōt/ simile tristanti ac ridenti cōspicias. Scripsit mihi nup̄ Franci-
scus magnā copiam horū signorū te cōgregasse: & illa praecipue quae fuerūt. Gathae
quorū & aliqua mihi descripsit. Hoc idē asseuerabat modo mihi Petrus Laubioli
thesaurarius religionis/ vir mihi amicissimus. Quo cum de hmoi signis agere per-
cunctaret: quō aliquid ex tuis habere possem. Dixit mihi eueestigio/ ut ad te scri-
berem/ aliqd̄ postularē: te virū doctissimū esse atq; humanissimū: ideoq; mihi q̄
petere non negaturū. Credidi equidē te talem esse. Neq; em̄ eiusmodi signa exi-
mani/ nisi a viris excellenti ingenio & doctrina eleganti: & praesertim dedito studio
humanitatis. Sed quo doctior es ac liberalior/ eo pudetior esse debeo in postcedo.
Urget me cupiditas ad petendū: pudor tepide & remisse cogit rogare. Itaq; tamē
a te petam/ quantum patet humanitas ac liberalitas tua. Gratissimū mihi erit & pro
ceteris acceptū/ si quid signorū q̄ habes egregiorū: quae qdem multa esse dicun-
tur/ & varij generis: mihi impertitus fueris. Collocabis munus apud hoīem non
ingratū: sed qui agere gr̄as & reddere paratus sit/ cum tps̄ dederit facultatē. Frans-
ciscus tecū s̄p̄ huicemōi re loquet: rogabitq; noīe meo/ qui & ipse maiore imor-
dum rogo: ut aliqd̄ mihi cōcedere velis/ aut p̄abus / aut precio: meq; hoc beneficū
deuincire: qd̄ non frustra in me cōferes. Dulce est inquit Cicero/ officium ferere/ hui-
ficiū ut possis mere. Sed nolo multis precibus tecum agere: ne videar distul-
re tuę liberalitati. Vale & me ama ut soles. Romę.

Cicero

